

(1249) 1250, març, 10

*L'abadessa Berenguera de Sant Daniel estableix a Arnau Mir, de Corçà, la batllia dels drets del monestir a Corçà, Llabià, Serra, Esclanyà i Canapost, per 300 sous d'entrada.*

ASD núm. 151, perg. orig., 80 x 175 mm, carta partida.

Notum sit cunctis quod ego domina Berengaria, Dei gratia abbatissa Sancti Danielis, consensu et consilio totius nostri conuentus, per nos et omnes nostras successores damus tibi Arnaldo Mir de Quarciano cum hoc instrumento totam baiuliam de omnibus mansis nostris et honori bus et hominibus nostris · quos habemus et habere debemus in tota parrochia Sancti Iuliani de Quarciano et in parrochia Sancti Romaní de Libiano et Sancte Marie de Serra et de Esclaniano et de Canapost et tocius decime de Ultramorte, que nobis omnia supradicta pertinent et pertinebunt et pertinere debent in iamdictis parrochiis, prout melius dici et intelligi potest ad omnem tuum commodum et ad omnes tuas uoluntates, de omni tempore faciendas; post obitum uero tuum nobis et nostris successoribus reuertantur, ita quod sint nobis et nostris sine retentu, et habeas et recipias pro dicta baiulia illud quod pertinet et pertinere debet baiulo. Pro quo dono et stabilimento confitemur recepisse, exc· eptioni non numerate pecunie renunciando, .cec. solidos.

Actum est hoc .VI. idus marcii anno Domini .MCCXL. nono.

Sig+num Agnetis de Solerio, sig+num Saurine de Sancto Aniolo, sig+num Petri Guilielmi de Quarciano.

(s. man.) Bernardi presbiteri de Quarciano, qui hoc scripsi, die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 311-312